súpplices exorámus; ut eadem, beáti Augustíni interveniénte suffrágio, in omni loco nómini tuo júgiter immolétur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.	we supplicate Thee, O Lord, that, through the intercessory patronage of blessed Augustine, it may always and everywhere be offered to Thy name. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

TRADITIONAL LATIN MASS

MASS PROPER: MAY 28, ST. AUGUSTINE OF CANTERBURY, BISHOP & CONFESSOR

MASS *Sacerdótes tui* (white)

INTROIT Psalms 131: 9-10 Sacerdótes tui, Dómine, induant justítiam, et sancti tui exsúltent: propter David servum tuum, non avértas fáciem Christi tui. (Ps. 131: 1) Meménto, Dómine, David: et omnis mansuetúdinis ejus. Glória Patri et Fílio et Spirítui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Sacerdótes tui, Dómine, induant justítiam, et sancti tui exsúltent: propter David servum tuum, non avértas fáciem Christi tui.	Let Thy priests, O Lord, be clothed with justice, and let Thy saints rejoice: for Thy servant David's sake, turn not away the face of Thy anointed. (Ps. 131: 1) O Lord, remember David, and all his meekness. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Let Thy priests, O Lord, be clothed with justice, and let Thy saints rejoice: for Thy servant David's sake, turn not away the face of Thy anointed.
COLLECT Deus, qui Anglórum gentes, prædicatióne et miráculis beáti Augustíni Confessóris tui atque Pontíficis, veræ fídei luce illustráre dignátus es: concéde; ut, ipso interveniénte, errántium corda ad veritátis tuæ rédeant unitátem, et nos in tua simus voluntáte concórdes. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.	O God, Who didst vouchsafe to illumine the English people with the light of the true faith by the preaching and miracles of blessed Augustine, Thy confessor and bishop, grant that, by his intercession, the hearts of those who err may return to the unity of the truth and that we may be of one mind in Thy will. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.
EPISTLE 1 Thessalonians 2: 2-9 Fratres: Fidúciam habúimus in Deo nostro loqui ad vos Evangélium Dei in multa sollicitúdine. Exhortátio enim nostra non de erróre neque de immundítia neque in dolo, sed sicut probáti sumus a Deo, ut crederétur nobis Evangélium: ita lóquimur, non quasi homínibus placéntes, sed Deo, qui probat corda nostra. Neque enim aliquándo fuimus in sermóne adulatiónis, sicut scitis: neque in occasióne avarítiæ: Deus testis est: nec quæréntes ab homínibus glóriam,	Brethren, we had confidence in our God to speak unto you the gospel of God in much carefulness. For our exhortation was not of error, nor of uncleanness, nor in deceit. But as we were approved by God that the gospel should be committed to us: even so we speak, not as pleasing men, but God, Who proveth our hearts. For neither have we used at any time the speech of flattery, as you know; nor taken an occasion of covetousness, God is witness: nor sought we glory of

neque a vobis neque ab áliis; cum possémus vobis óneri esse ut Christi Apóstoli: sed facti sumus párvuli in médio vestrum, tamquam si nutrix fóveat fílios suos. Ita desiderántes vos, cúpide volebámus trádere vobis non solum Evangélium Dei, sed étiam ánimas nostras: quóniam caríssimi nobis facti estis. Mémores enim estis, fratres, labóris nostri et fatigatiónis: nocte ac die operántes, ne quem vestrum gravarémus, prædicávimus in vobis Evangélium Dei.

men, neither of you, nor of others. Whereas we might have been burdensome to you, as the apostles of Christ: but we became little ones in the midst of you, as if a nurse should cherish her children: so desirous of you, we would gladly impart unto you not only the gospel of God, but also our own souls; because you were become most dear unto us. For, you remember, brethren, our labor and toil: working night and day lest we should be chargeable to any of you, we preached unto you the gospel of God.

GRADUAL Psalms 131: 16-17
Sacerdótes ejus índuam salutári: et sancti ejus exsultatióne exsultábunt. Illuc prodúcam cornu David: parávi luceérnam Christo meo.

Her priests I will clothe with salvation, and her saints shall rejoice in exultation. In her will I make a horn to spout for David; I have prepared a lamp for Mine anointed.

LESSER ALLELUIA Psalms 109: 4
Allelúja, allelúja. Jurávit Dóminus, et non poenitébit eum: Tu es sacérdos in ætérnum, secúndum órdinem Melchísedech. Allelúja.

Alleluia, alleluia. The Lord has sworn, and He will not repent: Thou art a priest forever, according to the order of Melchisedech. Alleluia.

GOSPEL Luke 10: 1-9
In illo témpore: Designávit Dóminus et alios septuagínta duos: et misit illos binos ante fáciem suam in omnem civitátem et locum, quo erat ipse ventúrus. Et dicebat illis: Messis quidem multa, operárii autem pauci. Rogáte ergo Dóminum messis, ut mittat operários in messem suam. Ite: ecce, ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolíte portáre sæculum neque peram neque calceaménta; et néminem per viam salutavéritis. In quamcúmque domum intravéritis, primum dícite: Pax huic dómui: et si ibi fúerit fílius pacis, requiéscet super illum pax vestra: sin autem, ad vos revertátur. In eádem autem domo manéte, edéntes et bibéntes quæ apud illos sunt: dignus est enim operárius mercéde sua. Nolíte transíte

At that time, the Lord appointed seventy-two others, and sent them forth two by two before Him into every town and place where He Himself was about to come. And He said to them, The harvest indeed is great, but the laborers are few. Pray therefore the Lord of the harvest to send forth laborers into His harvest. Go. Behold, I send you forth as lambs in the midst of wolves. Carry neither purse, nor wallet, nor sandals, and greet no one on the way. Whatever house you enter, first say, 'Peace to this house!' And if a son of peace be there, your peace will rest upon him; but if not, it will return to you. And remain in the same house, eating and drinking what they have; for the laborer deserves his wages. Do not go from house to

de domo in domum. Et in quamcúmque civitátem intravéritis, et suscéperint vos, manducáte quæ apponúntur vobis: et curáte infírmos, qui in illa sunt, et dícite illis: Appropinquávit in vos regnum Dei.

house. And whatever town you enter, and they receive you, eat what is set before you, and cure the sick who are there, and say to them, 'The kingdom of God is at hand for you.'

OFFERTORY Psalms 88: 25
Véritas mea et misericórdia mea cum ipso: et in nómine meo exaltábitur cornu ejus.

My truth and My mercy shall be with him: and in My name shall his horn be exalted.

SECRET
Sacrifícium tibi offérimus. Dómine, in solemnitáte beáti Augustíni Pontíficis et Confessóris tui, humíliter deprecántes: ut oves, quæ periérunt, ad unum ovile revérsæ, hoc salutári pábulo nutriántur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

We offer sacrifice unto Thee, O Lord, on the solemnity of blessed Augustine, Thy bishop and confessor, humbly beseeching that the sheep which have gone astray may return to the one fold and be nourished with this food of salvation. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

COMMON PREFACE
Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérnæ Deus: per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Ángeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli cælorúmque Virtútes, ac beáta Séraphim, sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admítti júbeas deprecámur, súpplici confessióne dicéntes:

It is truly fitting and just, proper and beneficial, that we should always and everywhere, give thanks unto Thee, holy Lord, Father almighty, everlasting God, through Christ our Lord. Through Whom the Angels praise Thy majesty, the Dominations adore, the Powers tremble: the heavens and the hosts of heaven, and the blessed Seraphim, together celebrate in exultation. With whom, we pray Thee, command that our voices of supplication also be admitted in confessing Thee saying:

COMMUNION Matthew 24: 46-47
Beátus servus, quem, cum vénerit dóminus, invénerit vigilántem: amen, dico vobis, super ómnia bona sua constítuet eum.

Blessed is that servant, whom, when his lord cometh, he shall find watching: Amen I say to you, he shall place him over all his goods.

POSTCOMMUNION
Hóstia salutári refécti: te. Dómine,

Refreshed with the victim of salvation,